Quelle: https://manuscripta.at/?ID=792
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

terram non fecerat et flumina et cardines
orbis terre. quando preparabat celos ad
erat. qui certa lege et gyro uallabat ab
ysos. qui ethera firmabat sursum et libra
bat fontes aquarum. qui circumdabat ma
ri terminum suum. et legem ponebat aquis
ne transirent fines suos. qui appendebat
fundamenta terre cum eo erat cuncta com
pones. et delectabar per singulos dies.
Ludens coram eo omni tempore. ludens in or
be terrarum. et delicie mee esse cum filijs ho
minum. Nunc ergo filij audite me. beati q
custodiunt uias meas. audite disciplinam
et estote sapientes. et nolite abicere eam.
beatus homo qui audit me. et qui uigi
lat ad me cotidie. et obseruat ad po
stes hostij mei. qui me inuenerit inue
niet vitam. et hauriet salutem a domino. Gra-
Audi filia et vide et inclina aurem tuam quia
concupiuit rex speciem tuam ℣ Specie tua et pul
chritudine tua intende prospere procede et regna
Alleluia ℣ Natiuitas gloriose uirginis ma
rie ex semine abrahe orta de tribu iuda clara